

Kreis Paderborn

S. 144

[Bor 1155.]

Herzog Heinrich der Löwe von Sachsen schenkt dem neugegründeten Kloster Hardehausen einen Hof in Ruzedehusen (?)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Notum sit omnibus tam praesentibus quam futuris, quod ego Henricus Dei gratia Saxonum dux ecclesiam Dei in Hersindenhusen a venerabili Patherbrunnensi episcopo Bernardo inchoatam omnibus modis fovere et promovere decrevi et ibidem Deo servientibus aliquod praesentis vitae subсидium pro aeternae remunerationis recompensatione conferre studui. Curtem itaque quandam in Ruzedehusen cum omnibus ad ipsam pertinentibus tam in agris cultis et incultis quam silvis, pratis et pascuis, quam iure haereditario possidebam, manumisi et praefatae ecclesiae in perpetuum possidendum mancipavi. Ut itaque traditio haec rata et inconculsa in perpetuum permaneat, paginam praesentem factum hoc continentem scribi fecimus et sigilli nostri impressione signavimus. Huius rei testes sunt: Bernhardus praepositus, Lantfridus, Sigifridus, Manegoldus, Reginherus; comes Albertus de Everstein, Folcwinus de Svalenbergh, Hermannus de Lippe, Helwicus, Herimannus, Hartmannus, Andreas, Cunradus.

VII, 44^v mit der Bemerkung: Collatum cum suo originali integro (Neuhaus 1661 Dezember 27) cum sigillo maiorem in partem illaeso ducis insidentis equo habentis in manu lanceam cum epigraphe: Henricus Dei gra. (S. Raspe Kopiar in Marburg mit Siegelzeichnung [Philippi]. Die erste Gründung des kl. H. beurkundet Bischof Bernhard von B. 1155 Mai 5. W. II.-B. II, Reg. 1824. Schaten ad ann.) Die Schenkung ist darin (Ruthehusen) erwähnt und wird um diese Zeit an die ecclesia inchoata erfolgt sein. Ruzedehusen (Rucenhuse s. d. f. Nr. zu 1172; Ruzzehusen, Rocehusen, Rozzethusen) lag an der Diemel, vielleicht

zwischen Scherfede und Wrexen; s. W. II.-B. IV, 373, 374 und Anm. 1 zu Nr. 373; anders Ztschr. 38 II, S. 185 f.; in dem Rozinchusen bei Ebbinghausen (Lichtenau-Atteln) hatte h. später ebenfalls Besitz. Schoene a. a. D. S. 89₂₁.